

hac mea traditio inconcussa permaneat, pro-
mirto sub juramento coram Deo, & Sanctis
ejus, nunquam per me, nunquam per suffe-
ctam personam, nec quolibet alio modo, facul-
tatem exeundi de hoc Monasterio me illi tri-
buere. Ad firmamentum hujus meae petitionis;
manu propria eam subferam, & idoneis tes-
tibus affirmare curavi. Ego N. subscripsi. Sub-
scribant & testes N. N.

III. Ceterum ex ea promissione a Parentibus
fieri solita, de suscepto vita Monastica instituto
nunquam per puerum relinquendo, illud quoque
liquet aperte: Pueros sic oblatos, ad exsolvendum
Parentum votum, fuisse tunc temporis adstrictos,
& obligatos, nec Monasticae professionis jugum
excute potuisse, ubi aetatem adultam attigissent;
sed expressam tunc professionem emittere debuisse.
Quod quia in causa quam hic agimus, ubi ad D.
Thomam venimus, capitale erit, aliis nobis est,
isque gravioribus momentis, ac tabulis confir-
mandum, adversus captiosos nonnullos Litigato-
res, quibus cum dura nimis videatur inducta pue-
ris illis, ante qualemcumque rationis usum, ex
sola Parentum nutu, Monastici instituti profiten-
di necessitas; factum idcirco primis illis tempori-
bus negant, quod putant summo jure fieri non
debuisse. At nos hic factum unice querimus, ni-
hil de jure disputaturi.

Exat igitur ea de re disertissimum Gregorii II.
rescriptum, Bonifacio Maguntino Episcopo da-
tum, de pueris illis anxie sciscitanti, num iis,
ex quo pubertatis annos attigissent, e Monasterio
liceret egredi, & Matrimonio copulari: cui ille
in hac verba respondit: Si Pater, vel Mater fi-
lium, filiamque, intra septa Monasterii in infantie
annis, sub regulari tradiderit disciplina, non liceat
eis, postquam ad annos pubertatis pervenerint, egre-
di, & matrimonio copulari. Hoc ergo omnibus devi-
tandum est: quia nefas est, ut oblati Deo a Pa-
rentibus filii voluptatis frenata laxentur. Igitur ut
praediximus, non liceat eis susceptum habitum unquam
dimittere: sed convicli quod consuram Monachalem,
aut religiosam vestem aliquando habuerint, in Reli-
gionis cultu, habituque velint nobiscum, permanere co-
gantur.

Quod idem isdem omnino verbis sanxere se-
quenti saeculo Wormatiensis Concilii Patres, Cano-
ne 22. habeturque apud Gratianum in Decreto
causa 20. quaest. 1.

Concilium Toletanum quartum Can. 48. (non-
nulli 47. numerant) Monachos perinde fieri decer-
nit, & Parentum oblatione, & propria profes-
sione; & utrosque ex aequo Monasticae regulae ad-
strictos pronunciat. Monachum, inquit, aut pa-
terna devotio, aut propria professio facit. Quidquid
horum fuerit, alligatum tenet. Proinde his ad mun-
dum revertendi intercludimus aditum, & omnes ad
saeculum interdiximus regressus. Quam etiam Hispa-
norum Patrum sanctionem, Germani fecere suam,
laudata in Synodo Wormatiensi Can. 23.

Addunt Hispani Patres eadem in Synodo To-
letana Can. 55. Non aliter & hi qui detonsi a Pa-
rentibus fuerunt, aut sponte sua amissi Parentibus,
se ipsos Religioni devoverunt, & postea habitum se-
cularum sumpserunt: hi a Sacerdote comprehensi, ad
cultum Religionis, acta prius poenitentia, revocentur.
Nempe ut cernis, oblatos a Parentibus pueros
(quos Monachali tonsura dedicatos vidimus) &
qua poena placendos statuunt, ac ceteros sponte
sua Religioni devotos, si forte cucullum abjece-
rint; & ad vitam Monasticam cultum pariter revo-
candos. Quam subinde legem in Concilio To-
letano decimo intaurarunt Can. 6. ita decernentes:
Si in qualibet minori aetate, vel religionis tonsuram,
vel religionis debitam vestem, in utroque sexu filius,

aut unus, aut ambo Parentes dederint... ad saecu-
larem reverti habitum, ipsis filiis quandoque, peni-
tus non licebit. Sed convicli quod consuram, aut
religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad reli-
gionis cultum, habitumque revocentur, & sub stre-
nuo distributione hujuscemodi observantiae inservire co-
gantur.

Conventus Aquilgranensis Abbatum Francia
anno 817. celebratus, ad Monasticae vitae insta-
urationem, cap. 36. statuit ut puerum Pater, ac
Mater tempore oblationis offerant altari, & petiti-
onem pro eo coram testibus faciant, quam tempore in-
telligibili ipse puer confirmet. Quod cum statuen-
tis atque mandatis voce sit dictum, non id so-
nat unice, quod nonnulli perperam arbitrantur,
valitatur scilicet Parentum oblationem, si hanc
puer plenum intelligentiae usum affecutus, liben-
ter confirmare voluerit: sed oblationem, facta de-
bito tempore professione, confirmari, ratamque
haberi omnino jubet: ut elegantius Mabillonius ex-
ponit Tom. 3. Veterum Analectorum pag. 475.
Confirmationem illam seu professionem, non ita ex
puerorum arbitrio pendisse, inquit, ut integram
eis esset a voto Parentum rescire; sed ex ejus pro-
fessionis genere fuisse potius, que apud recentiores
Monachos, professionis ac votorum renovatio appel-
latur.

Accedit D. Isidori Hispalensis suffragium, in
regula Monachorum scribens: Quicumque a Pa-
rentibus propriis in Monasterio fuerit delegatus, no-
verit se ibi perpetuo mansurum. Qui locus et-
iam extat in excerptis Egberti Eboracensis Epi-
scopi num. 92.

Calculum demum adjicit D. Bernardus epist. 1.
ad Robertum nepotem suum: Quem cum olim
adhuc infantulum, pii Parentes Deo in Clunia-
censi Monasterio, sub D. Benedicti regula obtu-
lissent, a solemani tamen vite Monasticae ibidem
ducendae obligatione solum idcirco probat: quod
illius oblatio, juxta praescriptis in regula Bene-
dictina ritus, facta non fuisset. Nec enim, inquit,
petitia quam regula praecipit, pro eo facta fuit a Pa-
rentibus, nec manus illius cum ipsa petitione involu-
ta in palla altaris, ut sic offerretur coram testibus.
Quo iudicio factis ostendit Sanctissimus Abbas,
tunc certe puerorum oblationem, tenendam Mono-
sticae vitae obligationem induxisse, dum ex pra-
scripta formula, & coram testibus solemniter facta
erat, juxta receptam aetate illa disciplinam.

Et hac vero celebriorum Regulae Benedictinae
Commentatorum certa mens est, firmaque fen-
tentia. Quos inter Edmundus Martenius & Con-
gregatione D. Mauri Presbyter Monachus, in
Commentariis ad cap. 59. recitatis Regulae verbis,
ita subdit p. 788. Porro ex hoc Regulae loco, recte
annino concludit noster Menardus, oblatos hoc modo
in Monasterio Infantes, ita Monachatu fuisse ad-
strictos, ut rescire, & ad saeculum redire postmodum
etiam cum ad pubertatis annos pervenissent, eis inte-
gram non fore. Quod cum ille multis probasset
Argumentis, ita concludit: Quae haecenus a nobis
dicta sunt, adeo clara sunt, & perspicua, ut vel
caecus ea digito tangat; omni que oporteat rationis
lumine destitit, qui haec non advertit: Oblatos
scilicet a Parentibus Pueros, non posse cum ad
adultam aetatem venerint, rescire, & ad saeculum
egredi: Adeo ut mirum sit, aut potius stupendum,
quosdam per multiplices alienarum, violentarumque
glossarum inversiones, in oppositum sensum illa de-
torquere; qui tamen nullo sine rationis, seu aucto-
ritatis fundamento, suam sententiam stabilire possunt.
Quibus paria habet Joannes Mabillonius Benedicti-
ni Ordinis summum decus, disciplinaeque dome-
sticae intelligentissimus, Tom. 3. Veterum Ana-
lectorum, ubi hoc idem pertractat Argumentum.
Sed

Sed jam ad D. Thomam Aquinatem, cujus
gratia isthaec omnia praemittere necesse fuit, ac-
cedamus.

CAPUT III.

D. Thomas quinquennis Deo sub D. Benedicti re-
gula, a Parentibus oblatus, atque devotus osten-
ditur, pro moreis etiam temporibus observans.

Quid nunc si Thomam ostendero ex teneli-
is illis, de quibus diximus haecenus,
pueris unum, qui Deo sub D. Benedicti
regula, a prima pueritia vovebatur, ac dicaban-
tur? An non Benedictino instituto jam tum ad-
dictus, ac plane obstrictus habendus erit, ut non
ultra redire possit ad saeculum? Ita porro res ha-
beret: ita inquam, qui prima ejus vitae gesta pos-
terior reliquerant, disertissime contestantur: quo-
rum verba miror non satis a recentioribus pon-
derari, ut rem per sese patentissimam deprehen-
dant.

Guillelmus de Thoco, coevus Aquinati nostro
Scriptor, ejusque Sodalis, cap. 1. Vita ab illo
descripta, rei fidem locupletissimam facit. Lan-
dulphus, inquit, Comes Aquinas, & Theodora
Theatis Comitissis filia Parentes ejus, puerum sic
nutritum libenter Deo offerunt, & quinquennem
ad Monasterium Casini per Nutritum, cum bona so-
licitate transmittunt, in quo instrueretur sanctis mo-
ribus, divinis illustrationibus preparandus. En tibi
oblatum Deo puerum Thomam, & quidem quin-
quennem adhuc, atque tenellum.

Non longo sequitur intervallo Protonotarius Lu-
centis, Episcopus Forcellanus, quippe qui D. Tho-
mae, tum Romae, tum Neapoli discipulus fuisse
dicitur, Lib. 22. Historiae Ecclesiasticae, qua ma-
nuscripta extat in Bibliotheca Vaticana, quan-
que saepissime laudat Odericus Raynaldus in An-
nallibus, cap. 19. Hic Thomas in sua pueritia, in-
quit, nutritus fuit in Abbatia Montis Casini, qui
fuit Monachi nigri; & secundum morem Nobilium
illius patrie, ut patet de beatis Mauri, & Placi-
do. En tibi rursus nutritum in Casinensi Mona-
sterio Thomam puerum, in eum sane modum,
quo nobiles pueri Maurus, & Placidus; quos ne-
mo negat, sub Monastica Divi Benedicti discipli-
na, Deo dicatos atque devotos, primam illic a-
tatem exegisse, ut habetur Lib. 2. Dialogorum, D.
Gregorio Magno adscriptorum cap. 3.

Suffragatur S. Antoninus Archiepiscopus Flo-
rentinus, tertia parte Chronici, titulo 23. cap. 7.
& 1. Completo, inquit, aetatis suae quinquennio, Pa-
rentes ejus PUERUM Deo offerunt, & cum de-
centi comitatu, tanquam alterum Samuelum ad He-
li, ad Monasterium Montis Casini, ex Ordine S.
Benedicti mittunt, moribus, & literis imbuendum:
ne tam praeclearum vite speculum conversatio saecula-
ris assualiter inficeret cum mundanis. En tibi pa-
riter ad Casinensem Monasterium, missum Tho-
mam; non saeculo, mudoque relicto, sed obla-
tum Deo, perinde ac Samuelum, quem pia mater
necdum conceptum Deo voverat, atque addixerat
ut legitur Lib. 1. Regum cap. 1. ver. 11. Potum
voverit Anna dicens: Domine exercituum, si respiciens
videris afflictionem famulae tuae, & recordatus mei
fueris, nec oblitus ancillae tuae, dederis servae tuae se-
cum virilem; dabo eum Domino omnibus diebus vi-
tae ejus, & necula non ascendet super caput ejus.

Istudne est, per Numinum fidem! quod passim
a recentioribus Scripturibus factatur, atque ob-
tenditur? Thomam infantulum, saecularem tamen
ac saeculo a nobilissimis parentibus destinatum, ad
externas duntaxat Casinensis Monasterii scholas fuisse
missum; ut ingenui cultum duntaxat caperet,

Serry Tom. VI.

moreque Christianos nobilissimo episcopo congruen-
tes, sub tantis institutoribus disceret?

Immo si Thomam puerum, instar Samuelis,
instar Mauri, & Placidi, Deo oblatum, atque
addictum tacuissent laudati Scriptores, (quod ta-
men dixere disertissime) eundemque ad Casinen-
sis Monasterii scholas missum simpliciter asseruis-
sent; a quo perinde jure coligeremus, Thomam
quinquennem, ex puerorum Deo sub D. Benedi-
cti Regula oblatorum numero fuisse: cum nulla
nisi pro oblati Deo pueris (quorum illis copia
erat) scholae essent: juxta Conventus Aquilgra-
nensis decretum num. 45. Ut schola in Monasterio
non haberetur, nisi eorum qui oblati sunt. Unde &
B. Petrus Damiani epist. 17. lib. 2. quae est ad Deside-
rium Abbatem, & Cardinalem, eidem gratulari,
quod Casinum cum venisset, scholas ibi puerorum,
non invenisset, utique externorum & saecularium:
Inter ceteros autem virtutum flores, quos in illo agro
pleno, cui benedixit Dominus, reperit, factus hoc mi-
hi non mediocriter placuit, quod ibi scholas puerorum,
qui sepe rigorem sanctitatis observant, non in-
veni.

Nec quemquam fore arbitror, qui Thomam
vere, proprieque Deo oblatum a Parentibus ne-
get, quod per alios ad Casinensem Monasterium
missus ab iis fuerit. Quasi vero legatione quoque
fieri oblatio non possit: cum & Orthonum pe-
rinde quinquennem, a Parente missa legatione,
oblatum Deo legamus, in Vita S. Bonifacii
cap. 2. Ad adolescentem patre per legatos idoneos ad
Monasterium directus est.

II. Haec si minus aperta, minusque clara vi-
dentur, testibus depellet omnes Bartholomaeus de
Cappis, Logotheta, & Protonotarius Regni Si-
ciliae, testis acceptus omni exceptione major, in
processu Canonizationis S. Thomae; quem apud
Bollandum in Actis Sanctorum legere est, ad
diem septimam Martii, cap. 9. num. 76. ubi
hoc ipsum inter cetera D. Thomae gesta, inter-
posito etiam Sacramento contestatur: Pater origi-
nally nobilis atque potens MONTICAVIT dicitur fratrem
Thomam, disponens eum Abbatie praeficere Casinen-
si. Quid hoc autem est Monachatu, nisi Mona-
chum fecit? Eo plane ritu, dedicatione, & ob-
latione, qua & Maurus, & Placidus, & ceteri
de quibus diximus haecenus, facti Deo pueri,
facti Monachi, & Monachi legantur, in prae-
dictis illius aevi monumentis: ut Lib. 2. Dialogorum
D. Gregorio Magno adscriptorum cap. 7. Placi-
dus puer Monachus, ad hauriendam de lacu aquam
egressus est. Cap. 11. Malignus Spiritus parietem,
qui edificabatur evertit, atque unum puerulum Mo-
nachum, cujusdam curialis filium opprimens ruina
contrivit. Cap. 24. Dum quidam puerulus Mona-
chus, parentes suos ultra quam debere diligens,
atque ad eorum habitaculum tendens, sine Benedi-
ctione de Monasterio exisset, eadem die mox us
apud vos pervenit, defunctus est. Et lib. 2. Epist.
B. Petri Damiani; Epist. 17. ad Desiderium
Abbatem, Puerulus quidam aetate quinquennis,
Humberti scilicet Nobilissimi viri, qui necdum degit
in Erebo filius, in meo Monasterio factus est Mo-
nachus. Nempe pueruli illi, pro illius aevi mo-
re, Monachi fiebant, & dicebantur, Monachi,
inquam, quos paterna devotio faciebat; ut laudati
superiori capite loquuntur Canonis Tolerani, &
Wormatienses, ac ipse etiam Clemens Tertius
Cap. Cum virum, de Regularibus, Lib. 3. De-
cretum.

Quid etiam illud alterum, disponens eum Abba-
tie praeficere Casinensi? nisi eo ritu Monachatum
fuisse jam tunc puerulum Thomam, & Monasti-
cae vitae addictum, unde illi ad Casinensem Ab-
batiam, aliquando pro meritis obtineandam, ad-

I i

tas

tus fieret? Quod certe de puero faculari, ad externas duntaxat Monasterii scholas, ad honestam ibi atque civilem educationem capiendam, simpliciter misso, nemo dixit prudens; sed de puero secundum illius ævi mores oblato, detonso, & cucullato; jamque Regula Monachali adstricto debet intelligi; alias enim nullus illi ad Abbatiam aditus fuisset.

Et quidem, ut novum inde probationis momentum petam: Res est omnino certa, omniumque qui de D. Thomæ ortu, primaque infantia scripsere testimonio confirmata: nihil magis Parentes, cum primum est ortus, in animo habuisse; nil magis in votis; quam ut illum D. Benedicte instituto illigerent: idque non tam pietatis religionisque studio, (nec enim dissimulant Scriptores) quam nimio Abbatæ Casinensis per filium obtinendæ, redditumque illius amplissimorum colligendorum desiderio. Hinc illud Eremitæ cuiusdam pietate, & sanctitate illustis, cui nomen *Bono*, vaticinium, Theodoræ Comitissæ proxime parituræ denunciatum, nemo non retulit: *Paries filium, quem vocabis Thomam: & tu, & virtus cogitabis eum facere Monachum in Monasterio Montis Casini, in quo corpus B. Benedicte quiescit: habentes spem ad magnos ipsius Monasterii redditus pervenire, per illius filii vestri apicem, & Prælatum; sed Deus de illo aliter ordinabit, quia erit Frater Ordinis Predicatorum, tantæ claritatis in scientia, & sanctitatis in vita, quod in Mundo sibi similis suo tempore non poterit inveniri.* Quis ergo non videat, Parentes sic affectos, & ad amplissimos Abbatæ redditus inhiantes, id egisse re ipsa, quod in processu Canonizationis reitatus est Regni Siciliae Protonotarius, Thomam puerum Monachasse? Non aliter enim filii sui in suscepro Monastico instituto firmitatem, stabilitatem, atque constantiam sibi poterant adpromittere, qua sola posset ad optatam Prælatorem pervenire.

III. Non me fugit, Natalem Alexandrum, alioque nonnullos, ut ab iis se se expediant argumentis, reposuisse, non ita pridem, eum puerum Deo sub Monastica regula vovendorum ritum, paulo ante D. Thomæ ortum exolevisse. Quod clarissimi viri Joannis Mabillonii suffragio confirmare nituntur, tom. 3. Veterum Analectorum pag. 477. scribentis: *Sæculo duodecimo in desuetudinem penitus abiit hæc puerorum oblatio: ejusque obligatio sublata est decreto Clementis Pape III. Cap. Cum simus; ac tandem Concilii Tridentini Decreto penitus abrogata.*

Verum si præterquamquod laudatos paulo ante Scriptores ac testes, mendaces faciunt, tam distincte affirmantes, Thomam quinquennem Deo a Parentibus fuisse dicarum, oblatumque, ac etiam Monachatum: Mabillonii, quem citant temere, sensum (detur mihi venia si dixero) minus capiunt. Duo ergo in prisco illo ritu fecerenda veniunt; oblatio scilicet ipsa puerorum, Deo ex voto Parentum fieri solita; tum obligatio pueris ipsi imposta, in suscepto Monastica vitæ instituto remanendi, votaque solemnia, dum ad ætatem adultam venient, expresse atque ex publica formula nuncupandi. Secundum hoc penitus sustulit Clemens III. Cap. *Cum simus*, de Regularibus; puerisque licentiam fecit, ut cum pubertatem attingerent, abjecto cucullo, redire ad sæculum possent, patrimonium repetere, ac etiam matrimonio jungi: *Auribus nostris est relatum, quod cum B. miles se cum filio suo, discretionis annos nullatenus attingente, ad quoddam Monasterium cum bonis suis etiam contulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere Monachalem &c. Discretionis tue respondemus, quod si di-*

bus puer ad annos discretionis pervenerit, & habitum retinere noluerit Monachalem; si ad hoc induci nequiverit, non est ullatenus compellendus: quia tunc liberum sibi erit eum dimittere, & bona paterna, qua ipsi ex successione proveniunt, postulare. Primum vero, quod hic maxime queritur, votiva nimirum puerorum oblatio, & dedicatio, ita quidem cepit in desuetudinem abiit duodecimo cadente sæculo, ac tertio decimo ineunte, ut non adeo tunc quemadmodum antea frequens esset; non sic tamen, ut nulla plane tunc temporis fieret. Quandoquidem earum oblationum exempla nonnulla (præter illud, de quo nunc queritur, D. Thomæ) nobis occurrunt sæculo tertio decimo: immo & varia de hujusmodi puerorum oblationibus, quæ tunc etiam fierent, statuta decretaque leguntur. Sic Guillelmus Montis-Pessulani dominus Guidonem filium minorennem, condito testamento, Deo sacrasse, vitæque Monasticæ devovisse, & addixisse legitur, in Spicilegio Dacheriano. Sic etiam Innocentius III. Romanus Pontifex Epist. 116. lib. 15. ad Lugdunensem Episcopum data præscribit, quo sint ordine, ritusque ab Abbatibus interrogandi, minoris ætatis filii, qui oblato Monasterio fuerint suscipientes habitum, & consuram Monachalem. Minorque Natalem Alexandrum, virum alias nunquam mihi sine laudis mentione nominandum, qui eo subleto responso prægrave illud momentum nostrum eludere sibi visus est, usque adeo sui ipsius fuisse immemorem, ut illud sibi elaboratum sit, quod Historiæ suæ sæculo tertio decimo cap. 7. art. 5. de Monachis, & Sanctimonialibus adnotavit num. 22. Parentes, sæculo illo, filios suos minorennis vitæ Monasticæ quandoque devovisse: Quod productis memoratis exemplis asseruit, & pro viribus confirmavit.

Quamquam quid juvat ea de re contentionis funem ducere; cum ipsum etiam Doctorem Anglicum, cujus hic agitur causa, testem locupletissimum habeamus, eas puerorum oblationes suæ etiam ætate in usu fuisse, disertissime pronunciantem. Ille quippe Opusculo 17. adversus Guillelmum a sancto amore, alioque nonnullos Parisiensis scholæ Magistros, qui pueros maxime reprobationis ritum, sua adhuc ætate in Ecclesia Catholica frequentatum ostendit; cujus robor, auctoritatemque suis objicit adversariis. *Quod Parentes pueros suos in annis minoribus constitutos offerant Deo in Religione nutriendos, sub consistorio observantia, Ecclesie consuetudo habet, que maximum habet auctoritatis pondus, & multipliciter scripturarum auctoritatibus confirmatur. . . . Hæc autem consuetudo pueros religioni tradendi, non solum Ecclesiasticis statutis quampluribus, sed etiam sanctorum exemplis comprobatur. . . . Hic etiam mos ab Apostolis sumptus invenitur exordium &c. Quæ omnia de vigente tunc etiam pio more, præsentique Ecclesiæ consuetudine, ab Angelico Doctore dicta esse, nemo non videt: quandoquidem si vel tunc antiquatus ille mos fuisset, gravius ex ejus abolitione momentum, in D. Thomam petisset Guillelmus, quam ex prisca ejus observantia, in Guillelmum petierat D. Thomas.*

IV. Sed neque feliciori conjectura ducitur Jacobus Echardus, ut Thomam puerum neget in Monte Casino Monachum induisse: quod illum decennem circiter, Neapolim ad altiora studia missum referat Guillelmus de Thoco, cæterique illius vitæ scriptores: *Abbas autem prædicti Monasterii providus, cum animadvertet in puero tam certa, & matura futura perfectionis indicia, advocato Domino Landulpho Patre prædicti pueri, provide ei consuluit, ut puer mitteretur Neapolim ad studen-*

*dendum: unde puer de utriusque parentis consilio Neapolim mittitur; & sub Magistris Martini in Grammaticalibus, & Logicalibus, & Magistris Petri de Hibernia studiis, in naturalibus edocetur. Equid quæro vetat, puerum cucullatum licet, ac tonsum, e monte Casino Neapolim ad altiora studia missum esse; ut & hic Monachus candidatus, sub Monachorum patre disciplina, suscepta Casini studia proficeretur? Cum & illic Benedicte Ordinis Monasteria tunc essent, sancti scilicet Severini, & sancti Demetrii: quod ultimum juris tunc erat Cænobii Casinensis, in regione Albina; etsi secutus inde temporibus, Clericis regularibus cesserit Congregationis Somaſchæ: aliunde etiam verisimiliter sit, Martinum illum, & Petrum Hibernum, quos Neapoli præceptores habuisse dicitur Thomas junior, Benedicte Ordinis Monachos extitisse; ut Constantinus Abbas Cajetanus, & Bucelinus in Martyrologio Benedicte contendunt. Immo de hoc ultimo liquet plane. Non alius quippe est ille *Petrus Hibernus*, quam *Petrus de Donis* Patria Ugentonensis, quæ Hiberniæ regio est; quem ex Casinensis Abbatæ tabulis constat, Monachum sancti Severini tunc fuisse. Nomen enim & patria conveniunt apprime.*

Ridendique profecto, qui ambos idcirco Benedicte nolunt, quod *Magistri* a Guillelmo de Thoco nuncupentur. Quasi vero non eo etiam nomine tituloque censentur, qui publice literas in Academiis profitentur, cujusvis tandem sint Religiosi instituti, atque Monastici. Rideandi multo magis, qui Thomam ideo tunc temporis vitæ Monasticæ candidatum negant; quod Neapolim de parentum consilio ab Abbate sit missus; quem ille, inquit, iis penitus inconsultis, pro potestate ac jure summo mittere potuisset. Quasi vero non illa fuerint debita urbanitatis officia: aut non ita honesti ratio postularerit; ut de nobilissimo ephedo, inconsultis parentibus, nihil Abbas novi statueret, magnique momenti, unde bona ejus institutio penderet?

V. Quamquam nec facile concesserim ego, Thomam decennem, ut vulgo dicitur, e Monte Casino Neapolim ad altiora studia contendisse; sed ætate aliquanto proveciorem, ac puberem; immo jam expresse, solemniterque professum. Cum ille in Monte Casino, quo puerulus missus fuerat, in *logicalibus*, & *naturalibus disciplinis optime profecisse* dicatur, apud Ptolomæum Lucensem lib. 22. Historiarum cap. 20. Quis enim tantus in decenni puero profectus esse potuisset, quæ tanta philosophicarum rerum peritia, ut patres ejus institutioni procuranda Magistros, ac Præceptores Casini non haberet, alioque querere opus esset; quamquam illum angelica mente præditum dicas? Quare rebus mature perpensis, Thomam non nisi circa annum vitæ quintum decimum, ac post emissam Professionem, iter Neapolim contendisse, non dubitaverim: ut Monachus illic sub Monachorum disciplina studiis incumberet. Tameñ factum illud iis verbis Scriptores veteres narrent, ut multo antea contigit videri possit. At in re historica, antequam pedem figas, pensanda sunt factorum singula circumstantiæ, num inter se congruant, beneque cohzreant.

D. Thomas pubertatem ingressus, D. Benedicte institutum solemniter proficitur, annis circiter octo, antequam Predicatorum Ordini nomen daret.

I. **B**revi compendio confecta res esset, immo nulla alia probatione nobis esset opus, ut D. Thomam, quem quinquennem Deo sub Monastica regula oblatum dicatumque probavimus, adultum tandem, puberemque, solemnem Monastici status professionem emisisse probaremus; si uno ille alterove prius sæculo venisset in lucem. Cum enim oblatus olim Deo pueri, a suscepto semel Monastica vitæ instituto resiliere nunquam possent, sed Parentum votum ratum habere, facti demum puberes tenerentur; nihil profecto dubii foret, quin id Thomam egisset pubes, quod agere summo jure debuisset. Verum quia ineunte duntaxat sæculo tertio decimo, anno scilicet 1220. in lucem prodit, annoque subinde quinto, Deo a parentibus fuit oblatus: quo tempore Clemens Tertius retinendæ Monasticæ professionis debitum sustulerat, puerosque illos suo reliquerat arbitrio, ut puberes demum facti, oblationem a parentibus olim factam, ratam assensu, aut dissensu irritam facerent: id re ipsa fecisse Thomam oportet ostendere, quod poterat summo jure non facere. Alias pro arbitrio factum a nobis nemo non diceret. Hoc igitur opus, hic labor est: quod tamen multis, ne quis dubitet, evincimus argumentis.

Ac primo quidem ex justa, ac pene dixerim necessaria presumptione. Ut enim piissimum se se religiosissimumque a prima ætate in Monasterio præbuerat Thomas impubes, id eum demum fecisse puberem verisimilimum est; ad quod eum sine minus jus strictum, ac certe pietas, religio, cultusque Deo debitus obligant. Clemens autem hujus nominis Tertius obligationem duntaxat sustulerat stricti Juris, & Fofi, ut ita dicam, externi; ne (quod prisce ferebant Canonæ) oblatus Deo, devotique a parentibus pueri, profiteri demum solemniter cogerentur: obligationem tamen ex religione ac pietate natam minime sustulerat. Quid enim filium vere pium ac religiosum magis deceat, quam conceptum de se parentum votum implere, non irritum facere? nisi grave obste impedimentum, quod nullum in Thoma adolescente Sanctissimo, & æsteticæ vitæ candidato religiosissimo deprehendimus: quem potius ad id ex religiosa institutione propensissimum, egregieque factum habemus. Eum itaque, ex quo pubertatem ingressus est, Parentum votum implevisse, seque votis Monasticis solemniter obstrinxisse, jure pro ejus pietate, ac religione præsumitur.

Certe adhuc etiam post Clementis Tertii scriptum, (quo pueris Deo sub Monastica Regula oblati, atque devotis, emitendæ demum Professionis obligatio sublata fuerat, stricti juris) obligationem nihilofecius mansisse ex decencia ut ajunt, ex pietate, ac Religione natam, docet ipsemet D. Thom. Quodlib. 4. art. 23. ubi de hac ipsa puerorum oblatione, ac traditione, ex Parentum Voto, suis adhuc temporibus frequentata sermonem habens, tenet pueros docet, (uti que ex pietate, atque decencia) factam illam de se ipsi oblationem, cum ad annos pubertatis pervenerint, ratam habere; atque ita solemniter profiteri: illudque Gregorii II. Rom. Pont. Oraculum, in dicti sui probationem assert, suoque accommodat instituto: *Si Pater vel Mater filium, filiamve, intra septa Monasterii, in infans-*

annis, sub Regulari tradiderint disciplina, utrum liceat eis, postquam pubertatis impleverint annos, egredi, & Matrimonio copulari; hoc omnino devotum: quia nefas est, ut obliis a Parentibus Deo filius, voluptatis frena laxentur. Quid ni ergo Thomam Aquinatem, ab ipsa infantia piissimum Religiosissimumque, cum jam quinquennis Deo fuisset oblatus, id demum facisse puberem existimamus, quod ille sua minus stricto iure, (hoc enim a Clemente III. paulo ante sublatum fuerat) at saltem ex pietate ac Religione faciendum existimabat? Ad eum ferme modum, quo Wamba Hispanie Rex, cum in morbo periculissimo alienatus a sensibus, Deo voti causa, ab Episcopis Regnique proceribus, in Monachum fuisset oblatus, ac confusus; sanitati postmodum restitutus, est alieno de se, ac pro se concepto voto, iure summo non esset obstrictus: ex pietate tamen, ac Religione solvendum existimavit: Regnoque in asinum translato, reliquam vitam spatium, exegit in Monasterio.

II. Crescit in immensum iusta presumpcio, ac pene in certam demonstrationem abit: quod nisi Thomam, (quem a prima etate Monachum tonsum, & cucullatum Parentum voto demonstravimus) expresse demum solemniterque Professum, ubi pubertatem attigit, fateamur; consequens omnino sit, eum abjecto cucullo ad seculum rediisse, ibique ad multos annos Religionis transfugam subituisse: quod de piissimo tunc, religiosissimoque adolescente opinari nefas est; ac ne ipsi quidem contra quos agimus, concedere audeant. Quandoquidem certo certius est, invictisque probatur argumentis, Thomam non nisi post annos ab adeptis pubertate circiter octo, Prædicatorum Ordini nomen dedisse, dum annum vitam ageret vicesimum tertium; quo toto temporis interstitio, abjecto Monachali cucullo, in seculo (quod nemo dixerit) substitisset. Quod ut est hac in re capitale, ac decretorium; sic palam evinco collata temporum, annorumque ratione.

In id enim Scriptores universi consentiunt, D. Thomam surgenti Prædicatorum Ordini nomen dedisse, sedente in Petri Cathedra Innocentio huius nominis Quarto, ad quem delatas Fratrum Prædicatorum querelas narrat; dum Religiosus adolescens, sacra novi Ordinis veste recens inductus, per vim ab illius Germanis fratribus Raynaldo, seu Reginaldo, & Landulpho ereptus est, ad suburbium Aquæ-pendentis, cum Parisios a Præposito, Generali duceretur; & ad Comitissam illius Matrem, sub arcta custodia missus est, in carcere casti sui detinendus, ac macerandus. Immo eas ad Innocentium IV. delatas Prædicatorum querimonias communiter narrat, dum Pontifex in Thufcia degeret. Porro nemo nescit Innocentium IV. in Petri sedem evehctum esse Anagninæ anno 1243. die 24. Junii; nec nisi hoc ipso cadente anno, aut certe sequenti inunte, in Thufciam se contulisse, ad pacem cum Frederico Secundo Imperatore, si fieri quidem id posset, incedendam. Nbn itaque ante annum Æræ Christianæ 1243. aut etiam 1244. Divi Thomam in Prædicatorum Ordinem ingressu figi potest. Hoc primum ducendæ probationis principium esto certissimum.

Jam quo fit anno natus D. Thomas, est non consentiant universi, illud tamen longe certius est, meliorumque Scriptorum suffragio comprobatum, anno 1220. natum esse. Liqueat id in primis ex Leandro Alberto lib. 3. de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum, in Vitis Beatorum Virorum Jacobi de Mevania, & Ambrosii Senensis: si quæ illic scripta sunt mutuo conferantur. Cum enim priori loco dixisset Albertus: *Jacobo*

de Mevania recens nato, puer quidam visus est civitatem omnem percurvare, illud identidem proclamando, ad Scholas, ad Scholas. Rogatus ille quidnam hic sermo sibi vellet: nati sunt, inquit, Præceptores, quos mundus querat audire. Siquidem sub isdem ferme diebus nati fuerunt, splendidum Ecclesie jubar D. Thomas Aquinas, Clarissimus Vir Ambrosius Senensis, & reverens hic Sanctissimus Jacobus, Prædicatorum Ordinis omnis. Tum secundo loco sic habet Albertus: *Natus est autem B. Ambrosius Senensis anno 1220. 16. Kal. Maii. Quatre & hoc anno natus est D. Thomas.*

Constat hoc item ex Abrahamo Blovio in Annalibus Ecclesiasticis ad annum 1264. num. 14. *Nocte ea, qua anno Domini 1220. ad 16. Aprilis, tum Ambrosius Senis, tum Aquini Thomas, ac Mevania Jacobus in orbem editi sunt, tres Lunæ in Cælo apparuerunt, singule singulos Viros veste Prædicatoria amictos per imaginem representantes. Quamquam (ut id obiter innotem) non Aquini natus Thomas a Blovio dici debuit, sed in Castro, cui nomen est Rocca-secca. Aquinum enim non Natalitii locus est, sed Comitatus est titulus, quem Landulphus Thomæ Parens obtinebat.*

Liqueat demum id ex Vincentio Maria Fontana in Monumentis Dominicis ad annum 1220. *Nocte ea, qua ad diem decimum sextum Aprilis hujus anni 1220. decurrit, orta sunt præclarissima Ecclesie Dei lumina, S. Thomas de Aquino, S. Ambrosius Salsedonius, & B. Jacobus de Mevania. Hoc anno est peraque certum.*

Ea itaque annorum ratione ducta, illud plane compertum est, D. Thomam non nisi anno vitæ vigesimotertio Prædicatorum Ordinem adidisse. Tot enim ab anno 1220. ad annum 1243. numerantur. Atque adeo (quæ mea nunc thesis est) nisi cum anno vitæ suæ 14. aut 15. dum pubes cepit esse, & emittendæ Professionis capax, juxta illius sæculi disciplinam, Benedictinam institutum, cui quinquennis addictus fuerat, solemniter Professum posuimus; consequens erit, illum abjecto cucullo ad seculum rediisse; ibidemque per annos circiter octo, Cœnobii desertorem, Religionisque transfugam subituisse; a quinto decimo circiter ad vigesimotertium; quod de Sanctissimo piissimoque Monastica vitæ Candidato quis credat?

Equidem si cum primum emittendæ in Ordine Benedictino religiosa professionis tempus attingit D. Thomas, ad Prædicatores, relicto Benedictinis, recta transisset; nihil esset quod illi vitio verti posset; seu quod conceptum a Parentibus votum irriterat, seu quod ad seculum rediisset; quia ut sapienter Mabilionius observat, devotis illis Deo pueris, & Monastica D. Benedicti regulæ addictis, liberum priscis etiam temporibus semper fuit, ut ad strictius institutum convolarent: cum vel sic Parentum votum maneret integrum, eorumque oblatio non esset exinanita, sed cumulata. Qua ratione D. Bernardus Epist. 324. Thomam de S. Aulomaro, a Benedictinis ad Claravalleutes transire volentem, non esse prohibendum docet. At nihil esset, quo violatam a D. Thomam Aquinate Religionem, & pietatem excusares; quem certo liquet, serius tardiusque ad Dominicanum Prædicatorum Ordinem convolasse, ac post annorum circiter octo interstitium, quos totos duxisset in seculo. Stat ergo omni ex parte invictum argumentum ex Chronographia delibatum.

III. Neque vero hujus argumenti, ex annorum D. Thomæ collatione petiti, vim & robur infringet, qui contra adducta a nobis testimonia contendit, Doctorem Angelicum, non anno

ut diximus 1220. sed anno 1225. natum esse; atque ita non anno vitæ suæ 23. sed 19. Prædicatorum Ordinem adidisse. In idem enim aut certe paulo minus incommodum laberetur: Thomam scilicet relicto, cum primum pubes factus est, Benedictino cucullo, ad seculum rediisse, ibidemque sin minus annos octo ut diximus, at certe annos totos quatuor, antequam ad Dominicanos accederet, Religionis transfugam subituisse. Stat itaque, quamcumque Chronologiam sequi lubeat, quod inde petitur argumentum, ut Thomas anno vitæ 14. vel 15. Monasticum Institutum expresse professus ostendatur; cui quinquennis puer a Parentibus addictus fuerat.

Quo loco temperare mihi non possum, quin obiter saltem D. Antonini lapsam emendem: qui Tertia Parte Chroniconum Tit. 23. cap. 7. §. 2. Thomam impuberem fuisse ait; dum ad Prædicatores accessit, & a Germania fratribus suis per iter comprehensus est, & ad Matrem suam remissus: eaque ratione potuisse Parentes ejus eundem a Dominicanis repetere iure summo: quamquam eam D. Thomam vim illatam agnoscat ille, sedente in Petri Sede Innocentio IV. Proh pudum, secumque pugnantem anachronismum! Scilicet anno 1243. quo Pontifex electus est Innocentius, impubes fuerit Thomas Aquinas, qui annos potius vitæ 23. numerabat? Immo ne quidem si Thomam anno duntaxat 1225. natum poneremus (quæ tardissima omnium est Epocha, a nonnullis temere posita) impuberem illum, sedente Innocentio IV. Pontifice, haberemus; sed annos saltem deviginti affecturum. Certe quam esset tunc dum Prædicatorum Ordinem adit, natu grandior, & etate maturior, præterquam quod invictè jam demonstravimus, ille magis, magisque intelligit, qui Opusculum legit, de fallaciis ad quosdam Nobiles Aristas, ab eo tunc primum, dum domestico carcere a Parentibus teneretur, elaboratum: (est nunc in editis 39.) profecto non puerilis Minerva ferum, sed plena maturitatis agnosceret. Ast tenellum adhuc, & minorem ad Prædicatores accessisse Thomam, plerique per summum errorem existimant, quod illum statim videant Alberti Magni discipulis adscriptum; Colonia Agrippina; nec advertunt, Albertum Magnum, pro summa qua tunc valebat eruditionis, & doctrinæ fama, Viros etiam etate, & doctrina maturos, Auditores habuisse, qui se illi libenter in disciplinam traderent. Quod & in Florentissimis Academicis, Magistris, & Professoribus cum Alberto Magno minime conferendis sæpe contingit. Sed id obiter, ad D. Antonini lapsam emendam; eo vel graviolem, quod Thomam, utpote minorem adhuc, atque impuberem, iure summo a Parentibus reperti potuisse, sit arbitratus. Nempe si sic est, injustæ ergo fuere Prædicatorum ad Innocentium IV. delatæ querelæ; quas tamen ille ratas omnino habuit, Thomamque idcirco Prædicatoribus adjudicavit.

IV. Age tamen, inquiet aliquis, cepitaverit eo in capite D. Antoninus, cerquoque sit certius, Thomam non nisi jam puberem Prædicatorum Ordinem adidisse: quis tamen non nisi anno vitæ 23. adidisse dicat, uti profecto nos dicimus, nisi illud ex vulgari ut vocant legenda velit expungitur; quod de Doctore Sanctissimo scriptum est, *viginti quinque annos natus Magister est appellatus*? Tantum enim, si sic est, a suscepta Dominicanæ veste, spatii illi non dabitur, ut exactis in domestico carcere totis quindecim mensibus, peractisque subinde Colonia sub Alberto Magno philosophicis studiis, tum Theologicis, Parisiis anno statim

vitæ 25. Magister renunciari, & salutare poterit.

Næ tu lepidus disputator, qui vulgarem legendam, tanquam certum, in rebus etiam nullius pretii atque momenti, Historie Canonem nobis obtrudis? Quasi vero ad eas minucias, critico examine discutiendas, majestatem, auctoritatemque suam demittat Ecclesia: cui profecto satis est, ut eas legi permittat, si nec fidei, nec bonis moribus adversentur. Certe sub falso cubare pericopen illam, de adepto sub annum vitæ 25. Magisterio, adeo est manifestum, ut nihil magis. Thomam enim non ante annum 1256. Doctorem Parisiensem renunciatum esse, liquet aperte ex Brevi Pontificio Alexandri IV. hoc ipso anno 1256. die tertia Mensis Maji consignato, ad cujus commendationem Doctoribus insulis, in ea Academia Princeps, fuit insignitus; cum Academia Cancellarius, Religiosis Mendicantibus minus æquus moras neheret. Ut sileam, non desit, qui ad aliud biennium retardatam Doctoris Angelici inaugurationem existimant. Pone jam anno 1220. natum esse Doctorem Angelicum, quod ex melioribus Scriptoris planum fecimus; non igitur ante annum vitæ trigessimum sextum, Doctor potuit renunciari. Immo si vel illum natum velis anno duntaxat 1225. (quæ, ut dixi, tardissima est omnium Epocha, a nonnullis temere posita) non ante annum vitæ 31. Doctorem renunciatum habebis. Unde est ergo iactatum illud, *viginti quinque annos natus Magister est appellatus*? At magis nobis legendarii illi, de D. Thomam, eisque Magistro Alberto Magno fabulas narrat, ut Divorum illorum res, per se satis magnas, in majus ageant; studio fortasse pio, sed inconsculo. Quale profecto est illud alteram, quod paridentia narrat: Albertum Magnum tanto auditorum concursu sententiarum Libros exposuisse Parisiis, ut discipulos schola non caperet, coactumque idcirco fuisse, in publica Platea docere, quæ ab id Magistri Alberti Platea etiam nunc hodie nuncupatur. Qui tamen Parisiis fuere, nullam in Regia Urbe eo nomine Plateam agnoscent. Quæ vero Mauberti Platea dicitur (ad quam aluisse arbitrator Joannem Antoaum Flaminiu, a quo primum tabula illa vulgata est) non ab Alberto Magno nomen accepit, sed a Mauberto nobili olim Cive Parisiensi, qui plateam illam clientelari jure obtinebat. Sed ad graviora nunc momenta veniendum.

CAPUT V.

D. Thomam Dominicanis recens adjunctus, ut a novo Instituto retrocur, Casinensis Monasterii Abbas creatur ab Innocentio IV. Uade illum ante Benedictinum Institutum expresse professum esse, certa colligitur.

I. REM narrat prisci ferme omnes vitæ D. Thomæ Scriptores, singularem plane, atque observatione dignissimam: Germanos scilicet Thomæ fratres sua spe turpiter decollatos, quod novitium Dominicani Ordinis candidatum, illata vi a suscepto Instituto revocare non possent, alia tentasse machinamenta, ut illum honoris specie Ordini Prædicatorum eriperent. Casinensem scilicet Abbatem eidem ab Innocentio IV. deserti postulasse; quam & ille pro summa auctoritate re ipsa contulerit: tamen collatam dignitatem pius, & humilis adolescens recusaverit.

Thomas Cantipratanus Brabantius a Patria dictus, Episcopus suffraganeus Cameracensis, D. Thomam sub Alberto Magno condiscipulus, lib. 1. Exemplorum, qui de apibus dictus est, cap. 20. §. 10.

Nec diu, inquit, satan distulit insidias adolescenti spargere. Instinctu enim fratrum suorum carnalium, & amicorum, quos habebant in curia, per litteras Apostolicas iterum mandatus est frater Thomas. Venienti autem mox a Papa precipitur, ut regimen Abbatie Montis Casini susciperet, que utique maxima erat, in totius Apulie & Campanie partibus prelativa. . . . Renuit ergo preclarissimus adolescens, nec Ordinem vel Habitum suum deserere ulla ratione consensit.

Paulus Langius in Chronico Citizenii ad annum 1263 Fratres Thomæ agre serentes, illum mendicantium vitam proficere, eum extrahere gestientes, apud summum Pontificem egerunt, ut illi Abbatiam prenavari Casini Montis offerret: quod & Papa fecit. Que prelativa est maxima in Apulia, & Campanie partibus, ut refert Thomas Brabantius ejusdem Ordinis Predicatorum in libro apum. Verum Thomas humilitatem civis dignitatis preferens, & studii sacrorum litterarum insudans, diuinam prelativam renuit. Quamquam porro factum hoc narret Langius, ubi res gestas exequitur anni 1263. anno tamen 1243. contigisse certum est.

Ptolomæus Lucensis Episcopus Torcellanus lib. 22. Historie Ecclesiasticae cap. 29. Roma inde vadit Coloniam ad fratrem Albertum, ubi nullo tempore fuit: & ibidem existenti oblata fuit Abbatia Montis Casini per Innocentium, gratia Parentum, qui jam erant expulsi de Regno: sed recusavit. In nonnullis exemplaribus legitur per Alexandrum, at error est patentissimus. Alexander enim hujus nominis IV: qui solus illis temporibus fedit; anno duntaxat 1254. electus est Pontifex, quo tempore Thomæ parentes e vivis excefferant: Raynaldus, seu Reginaldus Germanus frater, a Federico II. Imperatore morti dudum additus: nihilque in Thomam ultra tentabatur, ut ex Ordine Predicatorum obduceretur. Nec Coloniae existenti oblata est Abbatia, sed antequam eo pergeret.

Leander Albertus libr. 3. de Viris illustribus, in Vita Alberti Magni, de D. Thomæ obiter loquens: Parisium, inquit, missus est, unde opera fratrum, & amicorum suorum, qui retrahere illum ab incognita vita cupiebant, litteris Apostolicis in Italiam revocatus est, & Monasterio Montis Casini a Pontifice Maximo profectus est. Sed ille onus hujusmodi detestans, clam fugit ex Italia, & Coloniam se contulit, ubi factus est Magni Alberti auditor, donec Parisium ille transmissus est. Ita laudati Scriptores, in facti quod mirantur summa concordem, est in nonnullis adjunctis fortasse dissentiant.

Eo nunc posito facto, de quo, post tam disertam, tamque constantem Scriptorum etiam cogitorum testificationem, nemo prudens possit ambigere: quid sibi vult inquit, ea D. Thomæ Predicatoribus recenter adjuncti, in Abbatem Casinensem electio, si Benedictinus, & quidem expresse Professus, re ipsa non erat? Qua audacia; qua fronte, eam Germani Thomæ fratres ab Innocentio Quarto fieri postulaverant; quos latere omnino non poterat; quam districte, quam sancte paucis ante annis Innocentius III., & Gregorius IX. vetuissent, ne Monachis perliceretur Abbatem extranei, quique expresse hoc ipso in Ordine Professi non essent? Aut si quis viros Castrenses, quales erant Thomæ fratres, ea velit Pontificia decreta penitus ignorasse; aut ita perficitæ frontis fuisse dicat, ut quod scirent recentissime vetitum, postularent: quis ita socordem, & inertem dixerit Innocentium, ut quæ certissime noverat proximorum Decessorum Statuta revellere vellet? Aperta quippe, plana que sunt ea

de re Innocentii III. & Gregorii IX. lata paulo ante decreta, quorum sub Innocentio IV. observantia vigeat maxime.

Innocentius III. cap. Cum ad nostram, de electione, & electi potestate: Cum ad nostram notitiam pervenisset, quod, H. . . qui se pro Abate Lexoviensi gerebat, non fuit ante Monachus quam electus: Nos attendentes, quod contra regulares traditiones illud fuerit attentatum: cum nullus spem, vel promissionem habens ut Abbas fiat, debeat Monachari; electionem de ipso factam curatimus irritare. Et Gregorius IX. Cap. cum in Magistrum, sub eodem titulo: Cum in Magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit presciscendus qui subesse non novit; Nos intellexit per te, quod in quibusdam regularibus domibus, jure tibi Diocesano subiectis, sunt quidam in Abbates, non Professi Ordinem Regularem, assumpti: mandamus quatenus, cum tales Abbates esse non debeant, qui per Professionem Monachi, & Regulares Canonici non fuerint, ad amotionem eorum, quos tales invenieris, sublato appellationis impedimento, procedas.

II. Erit fortasse qui dicat, Innocentium IV. ea conditione Thomam Aquinatem Abbatem Casinensem profectis, ut qui professus antea non erat, profiteretur in posterum, dum Abbatie possessionem adiret; eoque pacto sacra relecta mansisset Innocentii III. & Gregorii IX. statuta sanctissima. Verum quis non videat, & hoc ipsum fuisse antea ab Innocentio III. & Gregorio IX. apertissime vetitum: ne quis spem vel promissionem habens, ut Abbas fiat, debeat Monachari. . . . & ne quis presciscatur, qui antea subesse non novit. Immo quod mirere magis, & ad factum quod hic expendimus propius accedit, illud etiam veterat Innocentius, ne quis nondum Professus, ad emitendam Professionem induceretur, ea mente, eoque consilio, ut sic saltem Monachus factus, in Abbatem assumi posset; quanquam is omni prorsus ambitione vacuus, de natura sui ipsius electione nil sciret, & agitata Electorum consilia penitus ignoraret. Ita quippe Innocentius III. Cap. Officii, laudato jam titulo de electione, & electi potestate, Cardinali cuidam Sedis Apostolica Legato respondens: Nobis litteris tuis intimasti, quod cum Monasterium quoddam positum in medio Nationis diversæ, Pastore careret, Monachi de electione Abbatis tractantes, cum non possent sui Ordinis idoneam invenire personam, in quendam Virum Nobilem oculos direxerunt, per quem poterant melius defensari; & Patrem adierunt ipsius, humiliter postulantes, quod filium suum induceret, ut Habitum susciperet Monachalem, nullam Patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes: & Pater ad hoc induxit filium providum, & disertum, qui effectus Monachus, fuit in Abbatem electus: cujus electio exiit per Rectorem Messanensem, Apostolice Sedis Legatum, qui omnibus predictis interfuit, confirmata. Cum autem idem sit paratus purgare se, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus: postulas edoceri utrum dictus Legatus electionem confirmare, vel dispensare potuit, vel quod factum est stare possit: & utrum electione cessata iterum eligi valeat in Abbatem? Nos autem consultationi tuæ taliter respondimus, quod cum ex his que in continentibus subsecuta sunt ostendatur, quod talis taliter non possit eligi in Abbatem; maxime pro eo quod antequam esset discipulus, voluit esse Magister, electionem illam irritam esse decrevimus, & inanem. Verum postquam fuerit in Regula competenter instructus, si urgens necessitas, & evidens utilitas ipsius Monasterii postulaverit, purgatione recepta, poterit in Abbatem assumi, ne Monasterium opprimatur incurvis malignorum. Ita sapienter omnino Innocentius

centius III. ne videlicet recenter Professi, utpote minus quam par sit in regula instructi, Monasteriorum regimini perfererentur, omni licet ambitione vacui forent, beneque morati.

Quis itaque Thomam, ne Profectum quidem Monachum, celeberrimo Casinensi Monasterio ab Innocentio IV. Abbatem profectum, sibi fingat animo? Nec satis Germanorum illius Fratrum precibus datum dicat, quod illum ætate admodum juvenili, post annos duntaxat a Professione Monastica circiter octo, Casinensem Abbatem elegerit, constituerit? Immo quis non videat totum id a prudentissimo Pontifice factum, seu potius tentatum, ut obortæ ex Nobilissimi Adolescentis ad Religiosos Mendicantes accessu, lites contentioneque fopirentur? Sic enim cuncta eo temperamento composita videbantur, si tamen ille dedisset assensum. Eripiatur Mendicantibus Thomam, sed dignitate auctus amplissima: dabatur Casinensis Abbas, sed Sodalitas quondam suus, postliminio reversus, & Monachus Monachus, idemque gratissimus: Nec enim repugnabat, quæ minor aliquibus videretur Thomæ ætas, cum nullam creandis Abbatibus ætatem definiverit in Regula Benedictus: Tritemiumque legamus, annos duntaxat natum 24. creatum Abbatem. Inclitæ demum Aquinatium Comitum familie suus restituebatur filius, sed qualem illi semper optaverant, semper ambiverant: juxta memoratum piissimi Eremitæ vaticinium, quo diximus cap. 3. Tu, & vir tuus cogitabis cum facere Monachum in Monasterio Montis Casini, in quo B. Benedictus quiescit habentes spem ad magnos ipsius Monasterii redditus pervenire, per filium filii vestri apicem, & Prelaturam.

III. Falluntur igitur, & quidem longe maxime, qui Thomæ adolescenti Dominicanum institutum ingressu, fractas a Parentibus, & Cognatis insidias arbitratur, illatamque vim maximam, ut illum a Religioso statu ad seculum revocarent. Non est ita profecto, non est ita: sed ut illum a Mendicantium Fratrum instituto, quod ipsis adierat infcentibus, ad Benedictinum, cui illum a prima pueritia adixerant, revocarent, ac postliminio redire compellerent. Egro serentes, inquit Scriptores, illum Mendicantium vitam profiteri &c. Hinc observamus, Parentem ejus Landulphum Comitem, autem supercillii Virum, cum illum e Castro Aquæ-pendennis ad se adductum, domestico carceri addidit, & Dominicanas, quas ille recens induerat, vestes in frusta incidit, Monachales induendas obtulisse: quod laudatus supra Bartholomæus de Capua Regni Siciliae Protonotarius, testis in processu Canonizationis auditus, juramento testatus est. Unde facile intelligimus, id unum tunc tentasse Parentes ejus, ut illum ad Monasticum Benedictinorum Ordinem, quem illis nescientibus deseruerat, redire compellerent. Quæ altera non levis est, suscepti a nobis argumenti probatio, ne dixerim demonstratio. Quæ etenim libertate, quoque jure, Monachales vestes induendas obtulisset Patens, si eas nusquam antea filius induisset? Urgebat enim ille dubio procul, ut refumeret Thomam, quod ipsius ingratis deposuerat.

Unum dictis repugnare videretur: quod Thomam domestico carcere detentum, inducta a Parentibus Meretricæ, ad illicita sollicitatum legamus: quod illi utique non fecissent, si Thomam Monastico instituto servatum, redditumque voluissent, non seculo destinassent. At si probatos Scriptores consulimus, non hæc adolescenti castissimo Parentibus instigantibus injuria illata est: qui vel si filium seculo destinassent, honestum saltem voluissent, sicutque natalibus di-

gnus: sed a Germanis fratribus, Castrensis Viris, quibus nulla fides pietasque dicitur esse, iniqua machinatio structa fuit. Fratres, inquit Leander Albertus Lib. 4. de Viris illustribus, majorum animo dolorem conceperunt: vestes quas ille induerat disperferunt, quo pudore adductus de senescilla discederet. At disceptas iterum induit. Nec eo scelere contenti, mulierem venustam, quæ non nupta diu domum suam omnium cupiditati patefecerat, ac se palam in meretricia vita collocaverunt, ad ipsum in cubiculum deducti jubent. Ex quo illud etiam observare est, eam adolescenti injuriam illatam non esse, statim atque domestico carceri additus est, sed multis post mensibus. (Tort. 15. Mensibus in carcere detentus est D. Thomas) Tunc enim illic non aderant Raynaldus, & Landulphus Germani fratres, sed in Thauscia, sub Frederico II. Imperatoris signis, tanquam obsides militabant. Nec dubitandum, quin attentatum facinus, ut didicit, improbaverit Theodora Comitissa Mater. quam est in filium, ob novum suis ingratias susceptum institutum, ferocientem Scriptores exhibeant, honestissimam cætera Matronam agnoscunt, atque commendant.

IV. Verum & hic moras nobis injicit Jacobus Echardus, quæritque sollicit: quid si Thomam Profectum tunc Monachus erat, dum ad Prædicatores accessit; si illata primum illi vis est a Parentibus, ut ad Benedictinum institutum undescenderet, revocaretur, non ut rediret ad seculum; si hæc illi demum, Germanis agentibus, ab Innocentio IV. collata est Abbatia, ut suis Casinensibus dignitate auctus amplissima restitueretur, quid, inquam, si sic est, soli Thomæ Parentes atque Cognati id attentarunt, nihilque movere tunc Monachi, suaque inclitæ domui operas minime contulere, ut Sodalem quondam suum, ad pristinum institutum revocari, tantumque sydas celo suo reddi atque asseri procurarent? Cui id unum reponere jurat: Binas easque gravissimas rationes intercessisse, quominus Casinenses Thomam Sodalem quondam suum, aut siterent abeantem, aut postquam abeantem revocarent.

Primo quod Frederico II. Imperatori, ac Siciliæ Regi, qui Casinum, omnibus ferme ecclesiis Monachis, in munitionem converteret, præ cæteris esset invisus; utpote filius Comitissæ Aquinatæ, quem Cæsar ob susceptas Innocentii partes maxime oderat. Quare & Thomæ, & Casino factus fore arbitrabatur Monachi, si in Gallias obscuris ignotisque tunc Prædicatoribus junctus, extra Cæsaris ditionem abscederet.

Secundo, quod frequens illa tunc esset Monachorum defectio, ad obortos recens Prædicatorum, & Minorum Ordines; quorum & vicia asperitate, & Sacrarum Litterarum studio, & morum Sanctitate rapiebantur universi. Quare quominus piis consiliis Monachorum, ad papæ fratres abire volentium; obviam irent Abbates, ceterique Præpositi, Religione tenebantur. Quin etiam ipsi per sepe, pia illorum exempla fecuti, ad nova illa Sodalitia sacro zelo accensi se transferebant. Quod de Alberto Stadeni Abbate, de Stephano Abbate Aquitanico, de Francisco Bineto Benedictinorum Turonensium Priore, notissimum est. Ut alios sileam minus mihi ex nomine notatos, quos & Benedictina in Dominicanam familiam, primo illo instituti novi Ordinis seculo, commigrasse, multisque fulsisse virtutibus, narrat Umbertus de Romanis, Generalis Prædicatorum Magister; seu ut aliis placeat, Gerardus de Fracheto, in Vita Fratrum sui Ordinis Part. 3. Cap. 4. Quid quod integrum Benedictinorum Monasterium S. Francisci Regulam suscepisse scribit

Lucas Wadingus, in Minorum Annalibus, ad Annum 1219. Num. 19. Omnesque illius Monachos, mores & Habitum commutasse, renuntiarique amplissimis Possessionibus, Franciscanos pauperes evasisse.

Tertio quod nihil dubii esse possit, quia Thomas, ut erat tunc ætate jam grandior, & Religiosus, & pius, omnia rite, & ex juris formulis egerit, in ea Religiosi status mutatione; bonamque Abbatibus veniam, ac etiam, si necesse tunc erat, Summi Pontificis facultatem obtinuerit; ut a Benedictinis ad Dominicanos, non secus ac alii tam multi, posset accedere. Quibus ita paratis, quid mirum, si nec eum Casinenses, literarum ab eundem, ne postquam abierat, revocare tentarint; sed ad curam Comitibus Aquinatis, qui alii longe ducebantur, & studiis, & affectibus, omnino reliquerint?

VI. Quamvis hic sit: sed non potest non mirari, quod in Divina Tabula Benedictini Instituti Professorem, ad Dominicanum Prædicatorum Ordinem transiisse, restantur Casinenses Monasterii Tabule.

QUA fuerit vitæ conditione D. Thomas, quamvis Casini subsistit, quodve illic tenuerit institutum; nullo meliori documento discere liceret, quam ex clarissimi Monasterii Tabulis, si tamen illa ad nos usque integra pervenissent. At quæ hæc ipsa ætate, furente in Religiosissimos Monachos Frederico II. Imperatore, & Sicilia Rega, sacro Cœnobio contigit expulsiō, perturbatio, hæc pene dixerim devastatio fecit; ut pauca ad nos usque monumenta pervenerint; unde locus aliquid, ad factum quod hic queritur referendum, possit emicare. Nequid aliud ultra sperandum in rebus alta caligine interitis, & forte non sine industria occultatis? Age tamen, & si quis inde radius emicet, excipiamus.

Richardus a S. Germano Monachus ea ætate Casinensis, cujus Chronici fragmenta laudat sepe numero Odericus Raynaldus, in Annalibus Ecclesiasticis ad Sæculum decimum tertium, ejectionem Monachorum suorum refert, dum Fredericus II. Imperator Monasterium in mutationem converterit, paulo antequam Thomas Aquinas relicto Casino, Prædicatorum Ordinem adiret, quod illud inter cætera notat maxime Monachorum aliquos suis sedibus ejectos ac disturbatos Benedictinum cucullum exuisse.

II. Sed sunt hæc, inquis, meræ conjecturæ ad arbitrium factæ. Sint ita forte, si per se se absolute spectentur; verum si cum cæteris ejusdem Monasterii documentis, quæ ad nos usque integra pervenerint, mutuo conferantur, in rem omni-

no certam abit, quæ de prima facie mera creditur conjectura. Extat enimvero etiamnum hodie, Casini optima nota a Richardo subindicta 1380. unde Thomam a Richardo subindictam colligamus. Quippe quod Virum Sanctum ex Benedictino Instituto ad Dominicanum transiisse, (quod ad illa circiter tempora factum oportet) disertissime notat. Hujus nobis fidem locupletissimam facit D. Joannes Mabillonius, antiquæ memoriæ diligentissimus investigator, cui tantum debet Litteraria Respublica, quantum vix alteri. In Museo Italico, quod Anno 1687, Publici Juris fecit, Part. 1. Pag. 123. ubi de Veteri Martyrologio Casinensi, a se dum Casini verteretur, veteresque chartas excuteret, inspecto ac lecto, sic habet: Ex Martyrologio veteri discimus, Thomam Aquinatem Casini Monachum fuisse, antiquam ad Dominicanorum Religionem convolvat. Ita enim de eo Nonis Martii, secunda quidem manu, sed ante Annum 300. adscriptum legitur: NONIS MARTII, APUD FOSSAM-NOVAM, NATALIS S. THOMÆ CONFESSORIS VIRI ERUDITISSIMI, QUI ORIUNDUS DE AQUINO, PRIMO CASINENSIS MONACHUS FACTUS, POSTMODUM IN ORDINE B. DOMINICI PRÆDICATOR EFFECITUS, SUA MULTIPLICI, ET FRUCTUOSA DOCTRINA, ILLUMINAVIT VALDE ECCLESIAM SANCTAM DEI.

Quis contra mutare, quis hincere audeat? Mabillonius enim, quo Candidiorem animam Sol non vidit, mala fidei postulare, quasi ad suorum gratiam, Martyrologium citando vitariit, nemo vel plumbei cordis, vel ferrei oris attentavit: eundem supinissimè, & imperitiam arguere, quod Codici manuscripto veram temporis notam præfigere nesciverit; ne ipsa quidem audacia aadior Aristarchus aggredietur; turpemque adeo notam affixerit summo Viri, qui dignoscendorum manuscriptorum Codicum regulas cæteros docuit, in omnibus uti, magnus, ita ea in arte longe maximus.

III. Reponet forte nonnemo: data Mabillonio integra fide, servatamque qui tanto debetur capiti, honore summo: Eam Casinensis Martyrologii pericopea, quæ S. Thomam Casinensem Monachum primo factum, postmodum in Ordine B. Dominici Prædicatorem effectum ait, secunda manu, farente Mabillonio scriptam esse; atque adeo minus integram fidem facere.

Lepide vero! Equi quæso prima Martyrologii manus id de D. Thoma scribere potuisset, quæ Thomam post tribus circiter sæculis prior est, atque antiquior? Decimi enim sæculi dicitur esse Martyrologii hujus autographum. Nobis tamen satis superque est, quod trecentorum, & eo amplius ætatum fuerit, Judice Mabillonio, secunda illa manus, dum Codicem Casini degens recognovit. Quo cum egerit ille Anno 1685, reliquam demum sit, trecentorum, & quadraginta nunc Annorum esse, & eo amplius, pericopeam illam, de D. Thoma Monacho Casinensi, ad Prædicatorum Ordinem translatam, & ad Annum supra 1380. esse referendam. Quæ profecto ætas satis Scriptori conciliat auctoritatem, ut in facto de quo nunc queritur, fidem integram faciat. Cum eo in loco scripterit ille, ubi ex Publicis Tabulis rescire facile potuit, quæ fuerit Thomæ fortuna, Casini dum degeret adolescens. Immo si eo in publicis precum Officiali Martyrologio utebatur Monasterium Casinense, quo ex tempore a Joanne XXII. Cœlestibus adscriptus est D. Thomas, nil dubitandum, quin publicas ille Monasterii Tabulas consuluerit, ut eam de S. Thoma Confessore periodum adderet, non tam privata auctoritate quam publica; eaque tunc, non illius duntaxat, sed totius Flo-

rentissimi Cœnobii sententia fuerit, & veluti a Majoribus accepta traditio; Thomam Monachum, Casino relicto, Prædicatorum Ordinem adiisse. Sed nolo ea de re, de qua nihil Mabillonius movit, sidentius ariolari; ne majorem quam par sit, auctoritatem manuscripto conciliet.

IV. Privatorum Casinensis Ordinis Scriptorum suffragia, in argumenti probationem, advocare hoc loco nolum, qui Thomam Benedictini Ordinis Professore, ad Prædicatorum Ordinem convolvat scripserunt, ac propugnarunt: quod ea non fuerint antiquitate temporis, & vetustate sententiæ, quæ sola possit auctoritatis pondus scriptis conciliare, fidemque integram Lectoribus facere; nec affectu vacui scripserint, sed ut novum sydus caelo suo assererent, opesque domesticas, tamen non erat opus, novo thesauro addito, in majus auferent. Illud tamen ad eruditionem non omiserim admonere, eam olim D. Constantino Abbati Cajetano, quem Dominicanum nonnulli Venerabilem antiquitatis scrutatorem appellant, certam atque constantem fuisse sententiam. Quippe qui Libro de Religiosa S. Ignatii apud Benedictinos institutione, in Epistola nuncupatoria ad Patres Societatis directæ, postquam multa reulit, quæ plerique Religiosi Ordines ex Benedictino Instituto mutati sunt, ita subjicit: Omitto nunc ceremonias, ritusque Benedictinos, quos facer hic Ordo Prædicatorum mei amantissimus quotidie frequentare nos cessat. Præterquamquod Angelicum illud Ecclesie lumen Thomas Aquinas, Doctoribus Benedictinis non abs re adscribendus venit. Quod ille non eo sensu acceperit, quod primam a Benedictinis puer Thomas institutionem, & educationem acceperit; sed quod natu grandior, jamque literis auctus, apud illos Monachus fuerit. Unde Thomam tum illic, tum alibi sæpe Doctorem Benedictinum appellat: quod ob unam primæ ætatis institutionem a Benedictinis acceptam, incepto dixisset. Verum dum suis eo in opere nimium tribuit Constantinus, omniaque ad suos Benedictinos, quo jure, quare injuria trahere nititur, serulam meruit, amaraque ipse historiam audire compulsus est.

Sed & D. Angelus de Nuce, cujus sunt Notæ eruditissimæ ad Chronicon Casinense, Archiepiscopus Rossanensis, Thomam Aquinatem, Religiosa Professione Monachum, & Benedictinis Casinensibus ad Dominicanos transiisse, in Academia Collatione Romæ defendit, in Aula Augustissimæ Christianæ Svecorum Regina, quo eruditior omnium natio convenire consueverat. Quod cum monitri pene instar ab adstantibus exceptum esset, eorumque supercilia, mentesque admiratione suspendisset; is ad redimentam dictorum fidem, dissertationem, scripto consignavit, cui titulum dedit: D. Thomam Monachum fuisse Benedictinum ostenditur: Cujus exemplum ante annos triginta Romæ cum essem, ab Eminentissimo Cardinali de Noris mecum humanissime communicatum & vidi, & legi.

Quod hic ego non ea mente, eoque consilio commemoro, ut quod hic probandum assumpsi, Archiepiscopi Rossanensis suffragio atque auctoritate communiar. Cum nec illud ignorem, recenti Dissertatori, quantumvis illustri, atque disertio, tantum non esse auctoritatis & gratiæ, ut in prisca memoriæ factis Historico asserendo, comprobandoque, fidem apud æquos æstimatores inveniat; quæ sola antiquis debetur, atque Synchronis: sed ut omnes intelligant, nulli patere calumniæ posse sententiam illam, quam vir summus, in orbis theatro, & coram delibato Litteratorum omnium flore, nemine reprehendente, atque notante, voce primam; tum scripto defen-

dit. Gravius erit quod sequitur modo, Scriptoris D. Thomæ Synchroni, omnique partium affectu soluti testimonium.

CAPUT VII.

Idem Sacchetti Malaspina, Scriptoris D. Thomæ cœvi testimonio confirmatur. Addum ad cucullum nonnulla Monachatus indicia.

QUI sese ultimo loco testis offert, Benedictini Monachatus Doctoris Angelici, adeo non est in serendo testimonio diminutus, ut abundet potius, abeatque in extremum nulla ratione ferendum. Is est Sacchetus Malaspina, Patrius Florentinus D. Thomæ Synchronus, qui paucis post ejus obitum annis, Auditorium attexit Historiæ Ricordani Malaspina Patru sui, incipiens ab anno 1282. qui Patru postremus fuisse creditur. Illi enim usque adeo persuasum erat, Thomam Aquinatem Monasticum Benedictinorum Institutum initio profectum esse, ac tum ad Prædicatores convolvat; ut cum Florentiæ degens, ex publica fama inaudivisset, Thomam Aquinatem summum illum Theologorum apicem, sub vitæ finem ad Cisterciensē Fossæ-novæ Monasterium divertisse, illicque inter Monachorum brachia extremum clausisse diem; externa illa rerum specie delusus existimaverit, ad pristinum Institutum morti proximam redisse, resumptoque cucullo Monachum obisse. Nempe cum fama, ut loquitur Plinius, summam rerum, non rationem, & ordinem narret, non observavit Sacchetus, Thomam Lugdunum Galliarum, ad Concilium Generale, jussu Gregorii X. iter agentem, ad Fossam-novam, hospiti duntaxat causa divertisse; ibique morbo pressum per dies aliquot jacentem substituisse, donec vehementer afflicto inter Monachorum hospitem brachia, animam Deo redderet. Quare suo nimium genio indulgens, ut erat aliunde in Dominicanos, & Franciscanos minus æquis, Doctorem Angelicum, Monachorum extrema illa vite periodo diverforem, iterato Monachum fecit; & quidem, quod rideas magis, consentientia stimulis agitato, quod Monasticum quondam Institutum, ad Prædicatores convolvans, deseruisset. Audi Sacchettum Malaspina, in Prædicatores uti & in Franciscanos pari silentia declamantem, ac de nova illa, quam libere commentus est, D. Thomæ Metamorphosi, patrio idiomate pronunciantem cap. 223. Auctuarii, ad annum 1286. ubi Caroli Primi Andegavensis Sicilia Regis res gestas exequitur.

Dal detto Carlo rimase Carlo Secondo, Principe di Salerno, ed ebbe più figliuoli dalla sua Donna, figliuola ereda del Re d'Ungharia. Il primo suo figliuolo fu Carlo Martello, che poi fu Re d'Ungharia: il secondo fu Lodovico che si fece Frate della povertà vita, e mai entrò, avvegnachè l'abbiano appropriato a loro: siccome i Frati Predicatori Tomaso d'Aquino, il quale innanzi che fosse Frate Predicatore, fu Monaco; e quando venne a morte, che infirmò in Camino, rimordendolo la coscienza, si fece portare alla Badia, donde era prima stato Monaco, e Monaco morì: e i Monaci hanno il corpo suo.

Quod latine sic reddas. Carolo predicto superstes fuit Carolus Secundus, Salerni Princeps. Is ex Hungaria Regis filia, & herede, quam uxorem habuit, complures sustulit filios: quorum primus fuit Carolus Martellus, postea Rex Hungarie: alter Ludovicus, qui Fratrum pauperum, seu Minorum Institutum se devotit: eorum tamen claustra nunquam ingressus est, quamvis illam